



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Ars Bonæ Mortis. Sive: Quotidiana Erga Sanctissimam Dei Matrem Mariam Pietas**

Ad omnia quidem utilis. Ad felicem tamen mortem obtinendam utilissima

**Hevenesi, Gábor**

**Coloniæ Agrippinæ, [ca. 1708]**

VIII. Aprilis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-50961](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-50961)



S. Wieterpus Ep. Augustæ post cor Mariæ oblatum etiam fundum ædificando ejus templo donavit, ibidem sepultus, quem, cum Henricus Antistes aliò transferre voluisset, in vanum laboravit, cum vel Maria Wieterpura suum nollet dimittere, vel Wieterpus ab illa recedere. *Fasti Mar.* Ubi Filio posset esse melius, quàm apud Matrem.

S. Wieterpe vide animi mei levitatem, & post tot seridè Deo, ejusq; Matri placendi desideria inconstantiam; ora pro me, ut sicut Virgo, quos semel in clientes assumit, non deserit, nisi deserta, ita ego eidem adhæream, ut nulla me inde vel vitæ pericula, vel mortis terriculamenta separent, sed illi & in, & post vitam perpetuò affigam Sacramento. O Sanctissima DEI, & mea, Mater pretiosissima! ego N. indignissimus filius tuus ex toto corde, &c. fol. 2.

Ad quod impetrandum: O si quid ejus honori propagando donare possim! illud statuo hodie, me nihil negaturum ei, qui Mariæ nomine aliquid prudenter à me petierit, quod in mea sit potestate.

An non mons sublimis Maria, quæ, ut ad conceptionem æterni verbi pertingeret, meritorem verticem supra omnes Angelorum choros usq; ad solium Deitatis evexit. *S. Greg. in 1. Reg. c. 1.*

Quæstio: An Deipara Virginitate, an humilitate plus Deo placuerit?